Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Transeamus usq; bethle
hem: et videamus hoc verbum
qd factum est. qd dns ostendit
nobis. Et venerunt festina
tes: et invenerunt mariam
et ioseph et infantem positum
in presepio: Videntes autem: cog
noverunt de verbo qd dictum
erat illis de puero hoc. Et omes
qui audierunt mirati sunt:
et de his que dicta erant a
pastoribus ad ipos. Maria
autem conservabat omnia verba
hec: conferens in corde suo. Et
reversi sunt pastores glori
ficantes et laudantes deum:
in omnibus que audierant
et viderant sicut dictum est ad
illos. Credo dñe. offertorium

Ecce ex
firmatum est orbem terre q non commo
vebitur parvum. sedes tua deus ex
tunc a seculo tu es. secreta

Mu
nera nostra qs dne nativita
tis hodierne mysteriis apta
proficiant. ut sicut homo
genitus idem refulsit deus. sic
nobis hec terrena substantia
conferat qd divinum est. Per
pfationem de natiuitate dnc ante ocetum.
Sanctus. pascale Communicantes et diem. cō

Exulta filia sion
laude filia iherusalem ecce rex tuus
venit sanctus et salvator mundi. post

Nativitas nos dne sacravit
semper novitas natalis in
stauret animas nativitas
singularis humanam repulit
vetustatem. Per. Hic missa est.
Benedictio dat dando plebi
licentiam abeundi. Ad publicam
missam. Hut

Puer natus est
nobis et filius
datus est nobis
cuius imperium
super humerum
eius et vocabitur nomen eius magni
consilii angelus. Ps Cantate
domino canticum novum qr mirabi
lia fecit. Kyrie el' collect. Collecta.

Concede qs oms dne. ut
nos unigeniti tui no
va per carnem nativitas liberet
quos sub peccati iugo ve
tusta servitus tenet. Per
Secreta. Ion isaie. post sce.

Et dicit dns deus.
Propter hoc sciet populus meus
nomen meum in die illa:
quia ego ipse qui loquebar
ecce adsum. Quam pulchri super
montes pedes annun
ciantis bonum: predicantis
salutem dicentis. Syon: regnabit
deus tuus. Vox specu
latorum tuorum. levaverunt
vocem: simul laudabunt.
quia oculo ad oculum vide
bunt. cum averterit dns syon. Gaudete et laudate si